Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mensis primi. factum est uerbum in domo nabuchodonosor regis assyriorum
ut defenderet se. Vocauitque omnes maiores omnesque duces et bellatores suos.
et habuit cum eis mysterium consilii sui. dixitque cogitationem suam in eo esse: ut
omnem terram suo subiugaret imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus. uoca
uit nabuchodonosor rex holoferni principem militiae suae. et dixit ei. Egre
dere aduersum omne regnum occidentis. et contra eos precipue qui contempse
runt imperium meum. Non parcet oculus meus ulli regum. omnemque urbem mu
nitam subiugabis mihi. Tunc holofernes uocauit duces et magistratus uirtu
tis assyriae. et dinumerauit uiros in expeditionem sicut praecepit ei rex. centum
uiginti milia peditum pugnatorum. et equites sagittarios duodecim milia.
omnemque expeditionem suam fecit pure. multitudinem innumerabilium came
lorum cum his quae exercitus sufficerent copiose. boum [illegible] quoque armen
gregesque ouium quae non erat numerus. Frumentum exom[illegible] ni syria in
transitu suo parari constituit. Aurum uero et argentum de domo regis as
sumpsit multum nimis. et profectus est ipse et omnis exercitus cum quadrigis
et equitibus et sagittariis. Qui cooperuerunt faciem terrae. sicut locustae. sunt
que transissent fines assyriorum. uenit ad montes angustos qui sunt a
sinistro cilicie. ascenditque omnia castella eorum. et obtinuit omnem munit
ionem. et expugnauit omnem ciuitatem opinatissimam mellurh. praedauitque omnes
filios thyris. et filios israel qui erant contra faciem deserti. et austrum terre
celeon. et transiuit eufraten. et uenit ad mesopotamiam. et expugnauit omnes
ciuitates excelsas. quae erant ibi a torrente mambre usque quo ueniatur ad
mare. et occupauit terminos eius a cilicia usque ad fines iafeth. qui sunt ad
austrum. Abduxitque omnes filios madian. ac praedauit omnem locupletationem
eorum. omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii. Et post haec descendit
in campos damasci in diebus messis. et succendit omnia sata. omnesque arbo
res ac uineas fecit incidi. Et accidit timor illius super omnes inhabitantes
terram. Tunc misit legatos suos in universam urbium et prouinciarum